Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0002-9

1664.

1. Bardili, Burckhardus: De institutionibus et substitutionibus.
2. Bardili, Burckhardus: De legatis.
3. Bardili, Burckhardus: De tutela et cura constituta, dissolvendaque.
4. Bardili, Burckhardus: De effectu testamentorum
5. Bardili, Burckhardus: De modis, quibus testamenta infirmantur.
6. Bardili, Burckhardus: De codicillis et clausula codicillari.
7. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XX ad Lib. X Dig.
8. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XVIII ad Lib XIII. Dig.
9. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XV ad Lib V Dig. Tit. II et seqq.

1664.

9. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XV ad lib. V Dig. tit. 2 et seqq.

10. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XIX ad lib. IX Dig.

11. Lauterbach, Wolfgang Adamus: De jurejurando in litem

12. Lauterbach, Wolfgang Adamus: De juramentis

13. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XIV ad lib. V Dig. tit. I.

14. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XVI ad lib. VI Dig. tit. 1. et seqq.

15. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XVII ad lib. VII. Dig.

16. Mauritius, Ericus: De denuntiatione sagarum iisque, quae ad eam recte intelligendam faciunt.

17. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure feudali et materia de rebus, quae in feudum dari possunt, depromptarum decas

1664.

18. Mauritius, Erasmus: De imperii recessibus

2 Exempl. 1691 - 1746

1665.

1. Bardili, Burckhardus: De auctoritate tutorum.

Rec. 1743.

2. Bardili, Burckhardus: De falso procuratore

Rec. 1743.

3. Bardili, Burckhardus: Exercitatio XI: De fideicommissis.

4. Bardili, Burckhardus: Exercitatio IX: De ademtione legatorum et lege Falcidia

5. Bardili, Burckhardus: Exercitatio X: De conditionibus et similibus adjectionibus, tam heredis institutioni, quam legatis appositis.

6. Bardili, Burckhardus: De novi operis nunciatione.

7. Lauterbach, Wolfgang Adamus: De singulari affinium jure.

1665.

8. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XXIII. ad lib XII Dig. tit. II et III.

9. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XXI ad lib XII Dig.

10. Lauterbach, Wolfgang Adam: Exercitatio XXII ad lib XII. Dig. tit. I.

11. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure feudali et materia de renovatione feudi, et laudemiis depromptarum decas.

12. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure feudali; et materia de jure vasalli in feudo imprimis subinfeudatione et refutatione decas.

13. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum ex jure feudali et materia de jure domini in feudo, ac reverentia imprimis vasalli et servitiis feudalibus, depromptarum decas

1665

14. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum, ex jure feudali et materia de judice, judicio et actionibus feudalibus depromptarum decas.

15. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum, ex jure feudali et materia de successione feudi depromptarum, decas.

16. Mauritius, Ericus: Positionum controversarum, ex jure feudali et materia de exspectativa et simultanea investitura depromptarum decas

1666.

1. Bardili, Burckhardus: Exercitatio XIII: De successione legitima

2. Bardili, Burckhardus: Exercitatio XV de donationibus

3. Bardili, Burckhardus: Conclusionum theoretico-practicarum exercitatio XIV Exercitatio XII.

4. Bardili, Burckhardus: De bonorum possessionibus et collationibus.

5. Frommann, Joh. Andreas: De domicilii aliorumque

juri'um transitu legali, h. e. acquisitione, quae fit sine possessionis, aut quasi, translatione, apprehensione.

6. Gravius, Johannes: Fasciis juris publici Hungariae

7. Lauterbach, Wolfgang Adamus: De singulari affinium jure

8. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XXV ad lib XIII. Dig.

9. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XXIV ad lib. XV Dig. tit. IV et seqq.

10. Lauterbach, Wolfgang Adamus: De poena conventionali.

11. Lauterbach, Wolfgang Adamus: Exercitatio XXVI. ad lib. XIV Dig.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0009-2

pariter [illegible] legati; h. e. acquisitionem, quae fi-
per possessionis [illegible] translationem, apprehen-
sione.

6. Brosius, Johannes: Thesis juris publici inaugural[illegible]

7. Lauterbach, Wolfgang Adam: Disputatio [illegible]

8. Lauterbach, Wolfgang Adam: Consultatio XXV ad [illegible]
XIII. Bg.

9. Lauterbach, Wolfgang Adam: Consultatio XXIV [illegible]
Bg. bl. II [illegible]

10. Lauterbach, Wolfgang Adam: [illegible] consultation[illegible]

11. Lauterbach, Wolfgang Adam: Consultatio XXVI ad [illegible]
Bg.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0011-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0012-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0014-6

Concluſionum Forenſium

EXERCITATIO XVIII.

Ad Libr. VIII. Digeſt.

Quam,

Divina Gratia Favente,

PRÆSIDE

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach/

U. J. D. & Profeſſore,

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem XXII. Julii,

proponit

MAGNUS Fetzer/ Norimberg.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN. HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXIV.

1664, 8.

8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0015-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0016-7

Concluſionum Forenſium

EXERCITATIO XVIII.

Ad Libr. VIII. Digeſt.

I.

Licet in conceſſione vel juris alicujus conſtitutione expreſſe juris fiat mentio, ut ſi dicatur: concedo tibi jus eundi per fundum meum; exinde tamen non ſequitur, ſervitutẽ realẽ eſſe conſtitutam, *arg. l. 6. ff. de ſervit. legat.* Diff. Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 177. n. 1.*

II.

Jure civili Servitutes, etiam reales, ſive ſint continuæ, ſive diſcontinuæ, decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribuntur. (a) Atque hanc ſententiam, ſi poſſeſſor titulum probat, etiam noſtris moribus obſervari, poſt alios, tradit Dn. Manzius; (b) cæterum ſi titulus deficit, Dd. communiter in continuis præſcriptionem longi temporis admittunt, in diſcontinuis verò tempus immemoriale requirunt. (c)

a) *l. f. in f. C. de long. temp. præſcript.* Frantzk. *in Comm. π. tit. de ſervit. n. 54.* Bach. *ad Treutler. vol. 1. diſp. 17. th. 8. lit. a.* Carpz. *2. conſt. 4. def. 8. n. 4.* Mantz. *ad tit. ff. de ſervit. q. 8. num. 68. & ſeqq.*

b) *d. q. 8. num. 99.*

c) Mynſ. *4. obſ. 53.* Gail. *2. obſ. 66.* Guid. Papa *deciſ. 573.* vid. Mantz. *d. q. 8. n. 59. & ſeqq.*

III.

Impoſita ſervitute altius tollendi, non tenetur dominus vi hujus ſervitutis ædes ſervientes altius tollere; (a) & quamvis hanc ſervitutem conſtituens in illius conſtitutione hoc expreſſe promiſiſſet, attamen, ædibus ſervientibus poſtea alienatis, novus poſſeſſor ad hoc, ut ædes illas altius tollat, de jure civili non tenetur. (b)

a) *arg. l. 15. §. 1. ff. de ſervit. l. 6. §. 6. ff. ſi ſervit. vindic. l. 2. ff de*

ſervit.

ſervit. Præd. Ruſtic. §. 2. *I. de action.* Diſſ. Carpzov. *part.* 2. *conſt.* 41. *def.* 13. *n.* 7. *& ſeqq.*

b) *arg. dd. ll. junct. l. fin.* §. 1. *ff. de contrah. empt. non obſt. l.* 20. §. 1. *ff de A.R.D. l.* 12. *ff. commun. prædior.* Moribus tamen noſtris, prædiis talem ſervitutem imponi poſſe, tradit Manz. *ad tit. ff. de S.P.V. quæſtion.* 20. *num.* 80. *& ſeq.* quo poſito, etiam novus poſſeſſor ad ædes altius tollendas tenetur. *arg. d. l.* 20. §. 1. *& d. l.* 12.

IV.

Servitute tigni immittendi conſtituta, & tigno immiſſo putrefacto, vel alio modo corrupto, aut ædificio ſerviente deſtructo & iterum reſtituto, poteſt dominus prædii dominantis aliud ſubſtituere & immittere, modo antiquum ſervet modum.

arg. l. 18. § 2. *quemad. ſervit amitt. l.* 28 *l.* 33. *de S. P. U. l.* 11. §. 1. *ff. commun. prædior.* Manz. *ad tit. de S P. V. q.* 6. *n.* 21. *& ſeq. non obſt. l.* 14. *ff. ſi ſervit. vindic.*

V.

Qui in ſuo fundo alteri ſervitutem paſcendi conceſſit, ſua pecora ibidem paſcere non prohibetur; imò ſi paſcua poſtea diminuta utriusque pecoribus non ſufficerent, domini pecora eſſent præferenda.

arg. l. 13. §. 1. *ff. commun. prædior. l.* 6. *C. de ſervit. ibi* Joh. Brunemann. Berlich. *part.* 2 *concluſ.* 49. *n.* 6 *& ſeqq.* Beſold. 5. Conſil. 239. *n.* 19.

VI.

Cui quæſita eſt pecoris paſcendi ſervitus, ille in fundo ſerviente paſcere quoque poteſt ſues; (a) niſi ſervitus illa in pratis, tempore apertionis, ſeu fructibus collectis, Zu offenen Zeiten/ ſit conſtituta (b)

a) *arg. l.* 2. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* §. 1. *J. eod. l.* 65. §. 4. *ff. de Leg.* 3. vid. Carpz. *part.* 1. *deciſ.* 106.

b) *arg. l.* 9. *ff. de ſervit. arg. l.* 10. *& l.* 13. §. 4. *de uſufruct. l.* 1. §. 3. *uſufr. quemadm. cav.* junctis iis, quæ tradit Frider. Pruckmann. 1. *Conſ.* 14. *n.* 65. vid. Pyrrh. Angleberm. *in Conſuetud. Aurelian. tit.* 5. *cap.* 5. *& cap.* 16. Manz *ad tit. de S. P. R. q.* 66. *n.* 294. ubi capras quoque jure Bavarico in Sylvis paſci prohibitum eſſe ſcribit.

VII.

Qui prædictam habet paſcendi ſervitutem, ille non tantùm propriis, ſed etiam alienis, v. gr. parciariis vel conductis pecoribus hoc uti poteſt jure; imò ejus exercitium regulariter etiam aliis, v. gr. laniis pro certa mercede locare poteſt, ita ut hi in fundo ſerviente ſua pecora paſcere poſſint; (a) modo modum ſervituti præſcriptum obſervent, (b) neque morbida pecora inducant. (c)

a) *arg. l. 8. §. 5. ff. de precar. l. 20. ff. quemadm. ſervit. amitt.* non obſt. *l. 44. ff. locat. l. 24. l. 33. §. fin. ff. de S. P. R.* vid. Bach. *ad Treutler. vol. 1. diſp. 17. th. 12. in fin.* & Caroc. *tract. d. locat. part. 3. c. 20. n. 4.* Manz. *ad tit. de S. R. P. num. 46.* Diſſ. Pruckmann. *1. Conſ. 14. n. 149.* Carpz. *part. 2. deciſ. 106. num. 12. & ſeqq.*

b) unde, ſervitute oves paſcendi conceſſa, boves ibidem paſci nequeunt. Carpz. *d. def. 106.* **

c) Carpz. *part. 2. conſt. 41. def. 8.* **. Manz. *d. t. q. 66. num. 297. & ſeq.*

VIII.

Dominus prædium ſuum alienans, & in eo certam ſervitutem ſibi reſervans, eandem acquiſitam habet ex tempore factæ alienationis, licet nulla alia quaſi traditio interveniat.

l. 32. ff. de Vſufr. l. 7. pr. l. 33. pr. de S. P. R. l. 8. ff. comm. prædior.

IX.

Qui eſt in quaſi poſſeſſione ſervitutis, actione confeſſoria contra impedientem agens, ſervitutem de jure probare non tenetur.

l. 8. §. 3. ff. ſi ſervit. vindic. junct. l. 15. in fin. ff. de nov. oper. nunciat. arg. l. 7. §. ult. ff. de liber. cauſ. l. 14. ff. de probat. arg. c. 12. X. de ſentent. excommun. in 6. non obſt. *l. 9. C. de ſervit.* Frantzk. *in Comm. π. tit. ſi uſufr. vindic. n. 7. verſ. unde ſatis non eſt. & in Comm. Inſt. ad §. 2. I. de action. n. 12. in f. ibi: imò ſi ita expectaverit, jam eo ipſo poſſeſſione ſua cecidiſſe intelligitur, & conſequenter ipſe de jure ſuo probare tenetur.* Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 1.* Mudæ. *ad d. §. 2. I. de Action. n. 73.* Hortenſ. *ad d. §. 2. verſ. cum ædes.* Diſſ. Brunnemann. *ad d. l. 9. C. de ſervit.* late Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 20. num. 6.*

num. 6. & ſeqq. & Dd. communiter. vid. Maſcard. *de probat. concl.1201. n. 25.*

X.

Idem dicendum eſſe exiſtimamus, ſi contra ſervitutis quaſi poſſeſſorem actione negatoria agitur, ita ut non poſſeſſor ſervitutis, ſed qui negat, & negatoria actione agit, petitoris partes ſuſtineat, ac de jure ſuo probare neceſſe habeat; (a) modo ille non dolo malo ſit in ſervitutis quaſi poſſeſſione. (b)

a) *d. l. 8. §. 3. ff. ſi ſervit. vind. junct. d. l. 15. in f. ff. de nov. op nunciat. & dd. ll.* Vinn. *ad §. 2. I de Action. ad verb. nam in his agit. verſ. notandum autem.* Alciat. *d. l.* Frantzk. *d. n. 7.* quod etiam admittit Carpz. *lib. 1. Reſponſ. 68.* ſi actor reum vi, clam, vel precariò poſſidere ait; Diſſ. Richter. *1. deciſ. 68. n. 63.* Caſtill. *de Vſufr. c. 7. n. 9. & 10. & Dd. communiter.*

b) vid. *l. 7. §. ult. ff. de liber. cauſ.* Maſcard. *d. coucluſ. 1201.*

XI.

Actio ex teſtamento, quæ competit ad ſervitutem legatam petendam longo tempore amittitur.

arg. l. 19. ff. quemad. ſervit. amitt. Mudæ. *ad §. 2. I. de action. num. 69.*

XII.

Servitutes fundo uſufructuario debitas etiam Uſufructuarius ab extraneo, ſuo nomine, utiliter vindicare poteſt, ſed non ab ipſo proprietario.

l. un. §. 4. ff. de remiſſion. Fibig. *ad Exercit. Frantzk. 5. q. 2.* Manz. *ad tit. ſi ſervit. vindic. n. 19. non obſt. l. 2. §. 1. ff. ſi ſervit. vind.*

XIII.

Actio confeſſoria, qua agitur ad parietem oneri ferendo reficiendum, datur non tantùm contra dominum prædii ſervientis, ſed etiam contra ejus Emphyteuticarium & vaſallum, imò interdum etiam contra uſufructuarium.

arg. l. 7. §. 2. de Vſufr. non obſt. *l. 6. §. 3. ff. ſi ſervit. vindic.*

XIV.

Emptione & venditione propter enormem læſionem reſciſſo, fundo-

fundoque empto venditori reſtituto, ſervitus interim ab emptore tertio alicui in eodem fundo conſtituta vel remiſſa manet ſalva & valida.

arg. l. 20. §. 1. de A. R. D. vid. Vinn. *lib. 2. ſelect. quæſt. 5. non obſt. l. 5. l. 7. ff. de fund. dotal.*

XV.

Idem dicendum, ſi donatarius fundo ſibi donato ſervitutem impoſuerit, & poſtea fundus ille propter ingratitudinem revocatus fuerit.

vid. Vinn. *d. l. non obſt. l. 31. ff. de pignor. & l. 11. §. 1. ff. quemadm. ſervit. amitt.*

XVI.

Secus eſt, ſi fundus ſub conditione reſolutiva emptus, exiſtente illa conditione reſtituitur; tunc enim ſervitus interim ab emptore impoſita extinguitur.

arg. l. 4. §. 3. ff. de in diem addict.

XVII.

Dominus prædii dominantis ſi fundum ſervientem in emphyteuſin accipit, ſervitus confuſione non extinguitur.

arg. l. 1. ff. quemadm. ſervit. amitt. l. 30. §. 1. ff. de ſervit. Præd. Urb. l. 10. in fin. ff. commun. præd. vid. Manz. *ad tit. quemadm. ſerv. amitt. num. 15.*

XVIII.

Heres, qui adit hereditatem cum beneficio inventarii, & fundum hereditarium ſuo prædio ſervientem creditori dat in ſolutum, licet nullam ſervitutis faciat mentionem, tamen eandem retinet ſalvam. (a) Idem in effectu dicendum, ſi heres, licet inventarium non fecerit, eundem fundum legatum legatario tradiderit. (b) quod tamen ſecus eſt, ſi heres in eodem fundo uſumfructum habuerit, hunc enim amittit. (c)

a) *arg. l. un. §. 9. C. de jur. deliber. vid. l. 9. ff. commun. præd. l. 7. ff. de jur. dot.*

b) ut ſi fundus ille purè ſit legatus, ipſo jure ſervitutem retineat, *arg. l. 64. in fin. de furt.* Gothofr. *ad l. 18. ff. de ſervit.* ſi verò ſub conditione, legatarius eandem ſervitutem imponi pati teneatur.

neatur. *l. 18. ff. de ſervit. l. 116. §. ult. ff. de leg. 1. l. 76. §. 2. de leg. 2.*

c) *d. l. 76. §. 2. de leg. 2. vid. l. 6. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.*

XIX.

Servitus oves paſcendi, licet ſit diſcontinua, tamen non utendo per longum tempus amittitur; (a) etſi interim ibidem quis boves vel alia pecora paverit. (b) Secus eſt, ſi ſervitutem 100. oves paſcendi habens, 50. vel 150. aut 50. oves & 20. boves in fundum ſervientem paſcendi gratia egerit. (c)

a) *arg. l. pen. & ult. C. de ſervit.* ibi Brunnem. Manz. *ad tit. ſervit. quemadmodum amitt. n. 76. & 77.*

b) *arg. l. 10 §. 1. l. 11. pr. & l. 18. pr. ff. quemadm. ſervit. amitt.* Cæpoll. *de ſervit. cap. 9. num. 37.* Brunnemann. *ad l. pen. C. de ſervit.*

c) *arg. l. 2. l. 8. §. 1. l. 9. l. 11. pr. ff. quemadm. ſervit. amitt. l. 9. §. 1. ff. ſi ſervit. vindic.* Anton. Faber. *ad d. l. 11. pr. ff. quemad. ſervit.* Brunnem. *ad d. l pen.*

XX.

Servitus ſeu jus fœnum in pratis ſuis collectum transportandi per prata vicini, & ſimiles ſervitutes per intervalla menſium vel annorum, non utendo, & inter præſentes, & inter abſentes viginti annis amittuntur.

l. f. C. de ſervit. ibi Joh. Brunnemann Cœpol. *de ſervit. c. 24. n. 4.* Diſſ. Toming. *deciſ. 54. n. 8.* cujus ſententiam probavit jus Bavaricum, referente Manzio *ad tit. quemadmod. ſervit. amitt. n. 80.*

XXI.

Idem ſtatuunt Doctores de jure, verbi gr: lignandi, quod civibus vel incolis, in vicinis ſylvis, ſingulis ſeptimanis, una die competit.

arg. l. 7 ff. quemad. ſervit. amitt. ibi gl. Cæpoll. *d. c. 24. n. 5.* ſecus eſſet, ſi alternis diebus competeret, tunc ei in ordinario amitteretur tempore. *d. l. 7.* Cœpoll. *d. l.*

X 2615924

vd 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0023-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-558047-p0024-1

renſium

XVIII.

Digeſt.

vente,

D E

MO Lauterbach/

feſſore,

Examini,

Julii,

Norimberg.

Æ,

RICI REISI,

XIV.

1664, 8.

8